

RUGSĒJO METŪ KETVIRČIO PENKTADIENIS

Introitus

Ps. 104, 3–4. Lætétur cor quæréntium Dóminum: quæríte Dóminum, et confirmámini: quæríte fáciem eius semper.

Ps. 104, 1. Confitémini Dómino et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus et mente. Per Dóminum nostrum...

Epistola

Léctio Osee Prophétæ. (Osee. 14, 2–10)

Hæc dicit Dóminus Deus: Convertere, Israel, ad Dóminum, Deum tuum: quóniam corruísti in iniquitate tua. Tóllite vobíscum verba, et convertímini ad Dóminum et dícite ei: Omnem aufer iniquitátem, áccipe bonum: e reddémus vítulos labiórur nostrórum. Assur non salvábit nos, super equum non ascendémus, nec dicémus ultra: Dii nostri ópera mánuum nostrárum: quia eius, qui in te est, miseréberis pupilli. Sanábo contritiónes eórum, díligam eos spontáne: quia avérsus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israël germinábit sicut lílium, et

Introitas

Ps 104, 3–4. Tedžiūgauja Viešpaties ieškančijuų širdis. Ieškokite Viešpaties ir jo galybės; visados ieškokite jo veido.

Ps 104, 1. Išpažinkite Viešpatį ir šaukitės jo vardo. Skelbkite tautoms jo darbus.

Kolekta

Meldžiame Tave, visagali Dieve, leisk, kad kasmet pamaldžiai prisimindami šventąsias dienas, įtiktume Tau kūnu ir siela. Per mūsų Viešpatį...

Epistolė

Skaitinys iš pranašo Ozėjo knygos. (Oz 14, 2–10)

Taip kalba Viešpats Dievas: „Grįžk, Izraeli, pas Viešpatį, savo Dievą, nes tu sukniubai per savo kaltę. Pasiimkite su savimi žodžius ir sugrįžkite pas Viešpatį. Sakykite jam: „Atleisk visas kaltes, priimk, kas gera, ir mes tau aukosime savo lūpų vaisių. Asirija mūsų neišgelbės, ant žirgų mes nebesėsime, savo rankų darbams daugiau nebesakysime: „Mūsų Dievas.“ Tu parodai našlaičiui gailestingumo.“ Pagydysiu jų neištikimybę, mylėsiu juos visa širdimi, nes mano įniršis nuo jų nusigręžė. Izraeliui būsiu lyg rasa, – jis žydės kaip lelija, įleis

erúmpet radix eius ut Líbani. Ibunt rami eius, et erit quasi olíva glória eius: et odor eius ut Líbani. Converténtur sedéntes in umbra eius: vivent trítico, et germinábunt quasi vínea: memoriále eius sicut vinum Líbani. Ephraim quid mihi ultra idóla? ego exáudiam, et dírigam eum ego ut abíetem viréntem: ex me fructus tuus invéntus est. Quis sápiens, et intélleget ista? Intéllegens, et sciet hæc? Quia rectæ viæ Dómini, et iusti ambulábunt in eis: prævaricatóres vero córruent in eis.

Graduale

Ps. 89, 13 et 1. Convértere, Dómine, aliquántulum, et deprecáre super servos tuos. **V.** Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. (Luc. 7, 36–50)

In illo témpore: Rogábat Iesum quidam de pharisaeis, ut manducáret cum illo. Et ingræssus domum pharisæi, discúbuit. Et ecce, múlier, quæ erit in civitáte peccátrix, ut cognóvit, quod accubísset in domo pharisæi, áttulit alabástrum unguénti: et stans retro secus pedes eius, lácrimis coepit rigáre pedes eius, et capíllis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes eius et unguénto

šaknis kaip Libano kedrų. Skleisis jo atžalos, jo grožybė bus kaip alyvmedžio, o kvapnumas kaip Libano. Vėl jie gyvens mano paunksnėje, vėl augins javus; žydės jie kaip vynmedis, kvepės kaip Libano vynos. Efraimai, ką aš turiu bendra su stabais? Tai aš, kuris išklauso ir rūpinasi tavimi. Aš esu lyg amžinai žaliuojantis kiparisas, – tavo ištikimybė ateina iš manęs. Kas yra išmintingas, tesvarsto šiuos dalykus, kas yra protingas, juos težino. Tiesūs Viešpaties keliai, jais teisieji eina, o nusidėjėliai juose suklumpa.“

Gradualas

Ps 89, 13 ir 1. Sugrįžk, Viešpatie, kaip ilgai, elkis gailestingai su savo tarnais. **V.** Viešpatie, tu buvai mūsų užuovėja per kartų kartas.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys. (Lk 7,36–50)

Anuo metu: Vienas fariziejus užsipašė Jėzų pietų. Atėjęs į fariziejaus namus, jis sėdo prie stalo. Ir štai moteris, kuri buvo žinoma mieste nusidėjėlė, patyrusi, kad jis fariziejaus namuose, atsinešė alebastrinį indą kvapaus tepalo ir, verkdamą priėjusi iš užpakalio prie jo kojų, ėmė laistyti jas ašaromis, šluostyti savo galvos plaukais, bučiavo jo kojas ir tepė jas tepalu. Tai maty-

ungébat. Videns autem pharisæus, qui vocáverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset Prophéta, sciret utique, quæ et qualis est múlier, quæ tangit eum: quia peccátrix est. Et respóndens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi áliquíd dícere. At ille ait: Magíster, dic. Duo debitóres erant cuidam fæneratóri: unus debébat denários quingéntos, et álius quinquagínta. Non habéntibus illis, unde rédderent, donávit utrisque. Quis ergo eum plus dfligit? Respóndens Simon, dixit: Æstimo quia is, cui plus donávit. At ille dixit ei: Recte iudicásti. Et convérsus ad mulíerem, dixit Simóni: Vides hanc mulíerem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti: hæc autem lácrimis rigávit pedes meos et capíllis suis tersit. Oscuum mihi non dedísti: hæc autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti: hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus dfligit. Dixit autem ad illam: Remittúntur tibi peccáta. Et cœpérunt, qui simul accumbébant, dícere intra se: Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

damas fariziejus, kuris buvo Jėzų pasikvietęs, samprotavo pats vienas: „Jeigu šitas būtų pranašas, jis žinotų, kas tokia ši moteris, kuri jį paliečia, – kad ji nusidėjėlė!“ O Jėzus prabilo: „Simonai, turiu tau ką pasakyti.“ Tas atsiliepė: „Sakyk, Mokytojau!“ „Skolintojas turėjo du skolininkus. Vienas buvo skolingas penkis šimtus denarų, o kitas – penkiasdešimt. Jiems neturint iš ko atiduoti, jis dovanojo abiem. Katras labiau jį mylės? Simonas atsakė: „Manau, jog tasai, kuriam daugiau dovanota.“ Jėzus tarė: „Teisingai nusprendei.“ Ir, atsisukęs į moterį, jis tarė Simonui: „Matai šitą moterį? Aš atėjau į tavo namus, tu nedavei man vandens kojoms nusimazgoti, o ji suvilgė jas ašaromis ir nušluostė savo plaukais. Tu manęs nepabučiavai, o ji, vos man atėjus, nesiliauja bučiavusi man koją. Tu aliejumi man galvos nepatepei, o ji tepalu patepė man kojas. Todėl aš tau sakau: jai atleidžiama daugybė jos nuodėmių, nes ji labai pamilo. Kam mažai atleista, tas menkai myli.“ O jai tarė: „Atleidžiamos tau nuodėmės.“ Sėdintieji kartu už stalo pradėjo svarstyti: „Kas gi jis toks, kad net ir nuodėmes atleidžia?!“ O jis dar tarė moteriai: „Tavo tikėjimas išgelbėjo tave. Eik rami!“

Offertorium

Ps. 102, 2 et 5. Benedic, anima mea, Dómino, et noli oblivisci omnes retributiones eius: et renovábitur, sicut áquilæ, iuvéntus tua.

Secreta

Accépta tibi sint, Dómine, quæsumus, nostri dona ieiúni: quæ et expiándo nos tua grátia dignos efficiant, et ad sempitérna promíssa perdúcant. Per Dominum nostrum...

Præfatio communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus: per Christum, Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus.

Communio

Ps. 118, 22 et 24. Aufer a me oppróbrium et contéptum, quia mandáta tua exquisívi, Dómine: nam et testimónia tua meditátio mea est.

Postcommunio

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhi-

Ofertorijus

Ps 102, 2 ir 5. Šlovink, mano siela, Viešpatį ir neužmiršk, koks jis geras. Tuomet atsinaujins tavo jaunystė kaip erelio.

Sekreta

Viešpatie, tebūna Tau priimtina mūsų atgaila, kad, išpirkdama mūsų kaltes, ji padarytų mus vertus Tavo malonės ir atvestų į amžinąją laimę. Per mūsų Viešpatį...

Bendroji prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

Komunija

Ps 118, 22 ir 24. Išvaduok mane nuo pajuokos ir užgaulių, nes aš laikaus tavo įsakų, Viešpatie. Tavo įstatai yra mano patarėjai.

Postkomunija

Meldžiame Tave, visagali Dieve, leisk mums, dėkingiems už įsijun-

béntes, benefícia potióra sumámus.
Per Dominum nostrum...

gimą į šventąsias paslaptis, susi-
laukti dar didesnių geradarybių. Per
mūsų Viešpatį...